

1091, noviembre, 3

Alfonso VI concede al monasterio de San Roberto de Casa Dei en la persona de San Lesmes en el monasterio de San Juan Bautista, situado en las proximidades de la ciudad de Burgos, al que dota con un coto, un horno, un molino y los derechos reales de la villa de Côtar, al tiempo que declara su inmunidad.

(Christus). In nomine omnium opifici rerum, creantis et regentis, transcendentis, circumplectentis, incircumscripsi atque inuisibilis Dei Patris omnipotentis et Filii et Spiritu Sancti, regnantis in eternum et ultra, cuius sempiternum regnum quod non corrumpetur neque auferetur, cuius natu principes regnant et tempora mutantur temporibus, per quem cuncta subsistunt elementa, cui famularantur uniuersa celestia pariter et terrestria hac mari choerentia, illius iubante clemencia. Igitur, in Dei nomine, ego, Adefonsus, imperatur, una cum consensu congungi mee, Regina Constancia, euenit michi caro animo et propria uoluptate ut facerem kartulam donationis, sicut et facio propter remedium anime mee et parentum meorum, domino Deo et Sancte Rodberti de illa Kasa Deo de quod monasterium Sancti Iohannis, qui est in introito de Burgos, cum suas hereditates quos hodie habet et Deus in antea dederit. Et simul concedo illo uno molino qui est super illos banos, et illo forno qui est in barrio de Sancti Laurentii, et totos illos ortos qui sunt inter ribulo de Arlanzon et ribulo de Uena, et totas illas terras quos ibi mici pernitent de ipso molino de comite usque ad ipso meo palacio; et simul totam meam portionem quascumque mici pertinetur in uillula que uocitantur Chooctar cum terris et uineis et pratis et pasquis et montes et fontes, aquas curriles uel incurriles, cum suis adiacentiis et omnibus suis antiquis terminis, et totam meam portionem de ipso ualle de predicta uilla populatum uel ad populare. Hec omnia concedo Sancto Rodberti et domno Adalelmo propter remissionem peccatorum meorum et ut semper sit ibi uitam beatam monachorum; taliter, ut non intret in ipso monasterio de Sancto Iohannes neque in ipsa uillula de Chooctar nullus procer uel exactor neque pro strupo neque pro adnuduba neque pro fossadaria neque pro aliqua qualicumque kalumnia uel nechotia. Nunc uero taliter prefero ut aliquem hominem de Burgos, franco siue kastellano, qui ad ipso monasterio de Sancti Iohannis in sua uita, in quantum cum loquela sua potuerit numptiare, redderit cum suo auere, nullus homo non eiciam eum ad uobis.

Si quis homo uel femina, propincus aut extraneus, que contra hunc meum factum surrexerit et infringere uoluerit, in primis ira Dei inueniat et a fronte ambobus kareat lucernis et post dicessum eis non sepeliatur cum ceteris nec spiritus eius societur cum electis, et cum Iuda, traditore, equaliter habeat penam.

Et ita concedo uobis in ipsa ciuitate de Burgos illas vineas qui fuerunt de Zache Leui, id sunt: IIas uineas in Plantata, et alias IIas in barrio de Eiras; alias as in Sancto Martino, et alis IIas subtus iposo merkado de Burgos. Pro tali uobis aufero ut omnia firmiter habeatis in sempiternum et cotidie in ipso predicto monasterio non cessetur ordinem monachorum.

Factum hunc series textum notum die feria II^a, III^o nonas nouembris in era I^a C^a XXVIII^a, regnante et imperante ego me medipso in Toieto et in Legione et in Kastella, in Asturias adque in Gallecia.

Ego, Adefonsus, imperator, hanc kartulam fiere elegi et relegendum cognoui, Deo ausiliante compleui arque manu mea coram multis testibus conrouorabi.

(Signo regio)

Ego, Constancia, Regina, hec omnia quod dominus meus Adefonsus, imperator, iussit facere et ego libenter conf. (*signo*)

(1^a *columna*): Bernardus, toletane sedis archiepiscopus, conf.; Gomez, burcensis episcopus, conf.; Reimundus, palentine sedis episcopus, conf.; Petrus, legionensis episcopus, conf.; Osmundus, astoricensis episcopus, conf.

(2^a *columna*): Garcia Ordoniz, comes, conf.; Petrus Asuriz, comes, conf.; Martino Flaini, comes, conf.; Fernando Didaz, comes, conf.; Frolia Didaz, comes, conf.

(3^a *columna*): Petrus Gunsaluiz, armiger regis, conf.; Esmeildus Ruderiquiz, equonomus domus regis, conf.; Tillo Didaz, maiorino de Kastella, conf.; Alvaro Didaz conf.; Ruderico Ordoniz conf.; Gunsaluo Nuniz conf.

(4^a *columna*): Pasqual, testis, testis; Cidi, testis, testis; Dominico, testis, testis; Belito, testis, testis; Stefano, testis, testis.

(*En vertical*): Didacus, clericus, dictus pastorinus, notuit (*signo*).